



## **Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum**

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.  
Xenivm Academicae Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli  
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacrae & profanae historiae  
à fine captivitatis Babylonicae & Hebraeorum Ducum ac Persicae  
Monarchiae initio usque ad Christum natum

**Gartner, Michael**

**Herbipoli, 1697**

Bella & bellis clari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)

xandro & Alexandriam in Ægypto  
metatus est, & instaurationi templi  
Ephesini Dianæ præfuit.

☉☉ ☉☉ ☉☉ ☉☉ ☉☉ ☉☉ ☉☉ ☉☉ ☉☉ ☉☉

### S. X. *Bella & bellis clari.*

**J**udæi septuagenariâ Babylonicâ  
captivitate valde attriti & humilia-  
ti sub jugo Persico, hâc ætate à bellis  
inferendis conquieverunt: gentis suæ  
reliquiis colligendis, urbi temploque,  
& suis simul viribus reparandis inten-  
ti, arma non sumpserunt, nisi foris ad  
*defendendos se adversus Samaritanos.*

Igitur tantum memorabilia bel-  
la, quæ apud gentes hâc ætate gesta  
sunt, hîc referuntur.

Anno 3523. Cyrus à Tomyri Massa-  
getarum regina (habitabant Massa-  
getæ ad mare Caspium Araxe am-  
conclusi) cum inæno exercitu caesus.

Anno m. 3526. Cambyses *Persarum*  
*regem* in vincula conjecit, &  
in custodia suburbana Memphireten-  
tum:



tum, in tribus, quomodo affectus es-  
 set, exploravit: primò misit filiam  
*Psammeniti* cum alijs primæ nobilita-  
 tis virginibus ad servile ministerium  
 aquæ in hydria comportandæ, ad  
 quod spectaculum rex vultu dejecto  
 obmutuit: secundò filium ejus unà  
 cum duobus Ægyptiorum millibus  
 æqualis ætatis fune in collum injecto,  
 ad supplicium abripi jussit, spectante  
*Psammenito*, & profundo corde dolo-  
 res premente: tertio amicum inti-  
 mum, quem semper apud *Psammeni-  
 tum* in lummis amoribus fuisse nove-  
 rat, bonis omnibus exutum ostiatim  
 mendicare coëgit: Quod cum videret  
*Psammenitus*, ejusque viri sortem  
 ægrius, quam filiz aut filii mortem  
 ferret, ingentem ploratum edidit, &  
 causam rogatus à *Cambyse*, respon-  
 dit: *priora illa mala domestica majora  
 fuisse, quam ut ea deslere posset: amici au-  
 tem miseriam dignam fuisse lachrymarum  
 & ejulatuum.*

G s Post-

Ægypti  
 i templi  
 250 250  
 lavi.  
 lonica  
 familia  
 à bellis  
 entis suæ  
 ploque,  
 is inteu-  
 si forte ad  
 sa.  
 liorabel-  
 tate gesta  
 ri Massa  
 at Massa  
 axe am-  
 tu casus.  
 Psamme-  
 necit, &  
 phireten-  
 tum;



Post hæc Cambyſes triplici expeditione Africam domare aggressus eſt; prima ad verſus Carthaginem irrito conatu ſuſcepta, Phœnicijs adverſus coloniam ſuam pugnare recuſantibus. In ſecunda, quâ Ammonæos petebat, pugnam habuit cum ventis, qui magnis arenæ cumulis congeſtis quinquaginta millia virorum, ſcilicet ſelectum ſui exercitus obruerunt: in tertia contra Æthiopas cum fame ludantes, humanis corporibus pro comœatu ſubſtituti. Itaque ſine victoria Memphim repetit, relicto belli imperatoribus documento: *Summum opus imperatoris eſſe, non tantum pugnare ſed etiam facere, ut pugnare milites poſſint.*

Anno m. 3534. Babylon rebellans poſt novendecim menſum obſidionem, operâ Zopyri Dario regi ſubpugatur. Zopyrus iſte nares & aures deformiſſimâ mutilatione ſibi met præcidit, & ſimulato tranſfugio, quali indignè à Dario & injurioſè habitus eſſet, gratiam fidemque apud Babylonios eò uſque invenit, ut operâ eius contra Darium uterentur, creatâ ſummâ exercitus præfecturâ: quâ ille opportunitate uſus, cum urbi cla-



claves nactus esset, Dario urbem tradidit.

Anno m. 3536. Darius expeditionem suscepit in Scythas Europæos, totumque Orientem ad bellum cum Europa habendum excivit: sed ingentibus exordiis bellandi impar omnino exitus respondit; amissis enim hominum nonaginta millibus, retrocedere coactus, didicit, posse Deum uti ex parvis magna, sic ex maximis quibusque minima efficere.

Anno m. 3539. cœpit bellum Jonicum inter Persas & Jones Græcos, Histixeo Milesio incendente, quod Jonibus valde infaustum fuit: omnibus, quas habebant in Asia, tum urbibus, tum insulis amissis, & in Persarum potestatem redactis.

Histixeo autem id præmium cessit, quod ab ipsis Persis supplicio perfidiæ digno peremptus fuerit.

Anno m. 3562. pugnatum est ad Marathonem pugnam celeberrimam, ad quam Persæ trecenta millia, Atheni-



enses tantum undecim millia eduxerunt, sed Duce Miltiade, qui fuit producentis & octoginta novem millibus, quibus Athenienses Persis erant inferiores: nam victi Persæ & in fugam acti, victoriam nullâ temporum oblivione mergendam reliquerunt in mari.

Quanta fuerit pugnantium Atheniensium ferocia, colligere licebit vel ex uno facto *Cynegiri*, qui navem hostilem dextrâ, post sinistrâ, & tandem utraq; carens, dentibus prehensam detinuit, quasi victoriam fugientem occuparet, & stabilizandæ fortunæ anchora factus esset.

Anno m. 3574. Græci ad Salaminam de Persis celebrem victoriam reportarunt duce Themistocle. In hoc prælium Xerxes eduxit 3235220. gemino ponte instruxit Hellespontum, Athon suffodit, dixisset etiam flumina potantium multitudine epotata effundisse. Sed quid tantus apparatus, nisi Deus adspiret præliantibus? Xerxes cum tantis copijs victus, sparsâ per Græ-



Græciam Asiâque fugâ, docuit ho-  
mines, sæpe eligi à Deo infirma, ut  
confundantur fortia.

Anno m. 3575. terrestri prælio ite-  
rum Persæ devicti ad Platæas in Bœo-  
tia per Lacedæmonios & Tegeates,  
ubi cæsus est *Mardonius* infensissimus  
hostis Græcorum, & quidquid Persa-  
rum erat in bello, deletum est: exin-  
de Athenæ antea eversæ iterum repa-  
ratæ sunt, & Athenienses *Themistoclis*  
industriâ, *Cimonis* humanitate, & *Ari-  
stidis* justitiâ in socios, maris sibi do-  
minium stabiliverunt.

Anno m. 3590. *Cimon* dux Athe-  
niensium valida cum classe in Asiâ  
transgressus, ea damnâ illaturus Persis,  
quæ Græciæ Xerxes trajecto Helle-  
sponto intulisset.

Fuit illa classis navium trecentarum,  
partim Atheniensium, partim urbium so-  
ciarum, quibus Cariam & Lyciam occupa-  
ret, quæ à Persis ad Græcos defecerunt,  
Persæ quoque gemino exercitu, terrestri &  
navali in Græcos pugnaverunt, & navali  
quidem ad Cyprum, ubi cum fortiter diu  
pug-

eduxerunt  
uit pro  
milli-  
s erant  
in fu-  
orum  
erunt  
nienfi-  
ex uno  
dextrâ,  
carens,  
si victo-  
bilitudine  
Salami-  
iam re-  
In hoc  
20. ge-  
ontum,  
flumini  
ata esse,  
m effu-  
tus, nisi  
Xerxes  
arsâ per  
Græ-



pugnatum esset, ad extremum victoria  
 cessit Atheniensibus, qui multis hostium  
 navibus afflictis & pessumdatis, plures quam  
 centum in potestatem suam redegerunt,  
 reliquis navibus ad Cyprum fugâ dilapsis.  
 Milites quidem in terras evasere, naves  
 autem propugnatoribus vacuæ in manus  
 Græcorum venere: quibus *Cimon* magnâ  
 arte in hostium perniciem usus est. Cum  
 enim percepisset Persas stativa habere ad  
 Eurymedontem fluvium Pamphyliæ, in na-  
 ves fortissimos quosque suorum triaris &  
 reliquo ornatu Persico instructos colloca-  
 ut eos sub noctem venientes barbari pro-  
 suis excipiant, figurâ & apparatu navium  
 decepti; nocte autem obortâ *Cimon* mili-  
 tem exponit, & pro amico receptus in  
 castris barbarorum incredibilem stragem  
 excitat. Cum autem scirent Persæ Græcos  
 navali tantum exercitu esse instructos, Pi-  
 sidas finitimos jam pridem sibi inimicos ex  
 continenti & inopinato se adortos puta-  
 bant: itaque ad naves quasi socios fugie-  
 bant, ubi hoste reperto, ingenti strage  
 mediis in tenebris affecti sunt; postera de  
 inde luce trophæo illic erepto in Cyprum  
 renavigant, geminâ victoriâ, navali alterâ  
 & alterâ terrestri, uno in die potiti.

Fuit iste *CIMON* singularis virtutis:  
 inter aliâ de eo *Plutarchus* memorat, quod  
 cum



cum spoliis hostium opulentissimus evasis-  
set, divitias suas in cives partiri iusserit.  
Insuper fruges omnes agrorum suorum  
egenis & peregrinis absumentas concessit,  
& quotidie ingenti convivio plurimos pau-  
peres pascere solebat. Admittebat intra  
suos lares perinde atque in publico diversio-  
rio inopes, ac præcipuè cives, ut Saturnia  
tempora Athenienses renovata esse crede-  
rent. Refertur etiam in parentem suum  
Miltiadem tantæ fuisse pietatis, ut, cum  
ille in vinculis, quibus captivus tenebatur,  
obiisset, pro mortuo patre se vivum in vin-  
cula dederit, ad vinculum cadaver patris re-  
dimendum & sepulchro tradendum: unde  
videtur Deus voluisse tantas virtutes insi-  
gnis ducis tot victoriis coronare. Pudeat  
Christianum pietatem non discere ab  
Ethnico.

Anno m. 3623, ante Chr. 430. cond.  
urb. 322. cœptum est bellum Pelope-  
nesiacum, quod 27. annis gestum est  
Spartanos inter & Athenienses com-  
muni totius Græciæ clade.

Fax prima & potissima tanti belli extitit  
*Pericles* tam manu promptus, quam linguâ  
facundus, qui suis civibus dominatum in  
Græcia, & sibi Athenis primatum instrue-  
bat, æquè cupidus gloriæ militaris, quàm  
ratio



rationibus reddendis obnoxius. Unde quibus poterat ignibus Athenienses inflamabat, ad Spartanos, qui libertatem Græciæ ab Atheniensibus violatam prætexentes arma corripuerunt, lunditus exscindendos; sed modicam inde gloriam retulit inceptor belli cruenti Pericles, qui altero statim anno peste, quæ Athenas depopulata est, decessit. Neque tamen cessatum est à bello, ut duplex scilicet belli ac pestis calamitas sæviret, Alcibiade, Periclis ex sorore nepote armis omnia involvente.

Alcibiades erat juvenis turbulentus & fortis, qui interceptos Spartanorum legatos missos ad Persarum regem interfici, & in profundas fossas præcipitari iussit, in ultionem aliquorum Atheniensium, qui eodem modo Lacedæmone tractati fuerant. In varia fortuna semper audax, ab Atheniensibus ad causam dicendam citatus ad Spartanos confugit. A Spartanis revocatus, Athenas redijt, & quasi Deus de cælo allapsus receptus est; mox tamen iterum, ut primò ejectus & transfuga ad Persas factus, curante Lysandro interfectus est.

Anno





Anno m. 3649. pugna ad Ægæos Potamos Lysandrum inter & Cononem ducem Atheniensium commissa, finem fecit funesti belli Peloponesiaci, cum irreparabili Atheniensium clade; deperditis enim 180. navibus perdiderunt simul socias urbes & maris imperium, Conone ad Evagoram Cyprium fugiente. Ipsæ Athenæ à Spartanis obsessæ, ac captæ Lysandro victori permissæ sunt, à quo portu, muris & legibus spoliatæ, novas leges & triginta rectores seu dominos acceperunt, constitutis pro alijs urbibus decem viris, quasi Athenæ alijs urbibus tribus pares essent, ut triginta viris gubernari necesse esset.

Sic tandem humiliata tumidagens per tyrannos triginta (qui cum potestate prærant) ita direpta bonis, exhausta cædibus, ut plures cives octo mensibus per pacem raptos lugeret, quàm gravissimo bello tot annis. Lysander autem Lacedæmonem navigavit cum spoliis innumerabilibus & immensis thesauris pecuniarum : quam summam Diodorus scribit fuisse mille & quingentorum talentorum.

Inde

de qui  
nflam  
rtatem  
oræte  
exscin  
retulic  
altero  
popu  
fatum  
estis  
li ex  
te.  
entus  
orum  
em in  
æcipi  
orum  
Lace  
varia  
enien  
tus ad  
nis re  
i Deus  
nox ta  
trans  
Lysan  
Anno



Lyfander rei præclarè geftæ fuccèffibus elatus, cùm jam Græciæ imperium Lacedæmonijs fubjeciffet, confilium quoque in regnum Heraclidarum antiquandi, & populi electioni permittendi, ratus, fi id obtinuiffet, fe ob rerum geftarum magnitudinem in regem electum iri. Neque abfurdè regnum ambiebat apud populum, qui illum jam divinis honoribus afficiebat per fummam affentationem. *Fefia* enim *Lyfandream* pro Junonijs celebrabantur, jamque aræ illi ceu Deo erigebantur, jam victimæ immolabantur, aliaque id genus in novi Dei honorem fiebant. Occulta autem hæc Lyfandri confilia ( neque enim detecta fuit, nifi poft mortem inventâ apud eum concione, quam de eo argumento fcripferat ) evertit certiffima felicitatis comes invidiæ *Agèfilæus* enim, qui poft *Agim* regium thronum apud Spartanos confcenderat, animadvertens, quòd multa hominum turba feftaretur Lyfandrum, quibus potuit modis, alas fuccidit, & in ordinem redegit; quanquam adhuc uteretur fortitudine ejus & militari fcientiâ, quam etiam pro Lacedæmonijs fideliter impendere ufque ad ultimum vitæ non deftitit, ad *Haliartum* Bœotiæ urbem; cujus occupandæ intemporeftivo ardore accenfus (non exfpectatis *Pæufaniæ* copiis in fuppetias adductis) cum

The



Thebanis præcoce pugna conflixit & interfectus est.

Fuerunt Spartani tam benevoli in Lysandrum, ut, cum inventa esset illa oratio, quam suaserat populo regni ab Heraclidis auferendi mutationem, Agesilao auctores fuerint, permoverintque, ne proferret in lucem orationem illam, sed ad parcendum nomini viri de reip. tam bene meriti, unam cum auctore sepulchro defoderet. Ex eo quoque tum populi gratitudo in Lysandrum, tum Lysandri gloriosa paupertas laudem summam promeretur, quod post mortem deprehensum fuerit, rem suam familiarem ex ingenti pecunia bellis parta, ex tanta potentia, ex tot urbium clientela ne obulo quidem locupletiores reddidisse, cumque proci, qui nuptias filiarum ejus ambiebant, inopia ejus post vitæ exitum modo erumpente, nuptiis renunciassent, Ephori id indignè ferentes multam indixerunt, quod eum, quem arbitrabantur pecuniosum, coluissent: justum autem & probum ex tenuitate compertum repudiassent.

Anno m. 3659. in Peloponneso ad Nemeam fluvium à Spartanis contra Thebanos eorumque socios acriter pugnatum est: victoriam non incruentam



tam obtinuere Spartani Lacedæmonij; sed vice versâ classe victi sunt à Conone & Pharnabazo, illo Græcis navibus, isto Phænicij præposito: Diodorus ait 50. triremes à Lacedæmoniis amissas esse, *Periarctum* classis præfectum occubuisse, *classem* reliquam fugâ ad *Cnidum* dilapsam. Agefilaus autem ex Asia revocatus in patriam (Græcis scilicet passim exurgentibus contra Lacedæmonios) vicit Thessalos equestri pugnâ, & ad Coronæum Thebanos: ubi ipse quoque multis vulneribus affectus Delphos delatus est; sed Spartanorum vulnus, navali pugnâ inflictum, hiscè victoriis non sanabatur. Ex eo enim tempore maris imperium amiserunt, & Conon mirâ solertiâ & felicitate cû Atheniensibus totam oram Laonicam circumvectus, damnis undique Spartanos afflixit, & urbibus ac provinciis exiit, donec à Teribazo Persa ad regem delatus, quòd copiis Persicis, Atheniensium ditioni urbes ad-

junge.



jungeret, adeoque regi injurius esset,  
in vincula conjicitur.

Auro apud Teribazum id effecere Lacedæmonij, ut Cononem adeo sibi fatalem, si armis non possent, fraude saltem tollerent è medio; & votis Lacedæmoniorum mors Cononis respondit; nam in vinculis perijt vir patriæ amantissimus. Eadem fata Thrasybulo Atheniensium quoque duci fortissimo evenere: his enim ducibus sublatis Spartani regis Persici amicitiam & armorum societatem per Teribazum sese obtenturos confidebant; nec spes fefellit: nam anno 365. Græcos inter & Persas conciliatos magnâ contentione pax recepta est.

Anno m. 3667. Lacedæmonij iterum belli flammam excitant, Cadmæam Thebanorum arcem per ducem Phæbidam occupant, miscent omnia, ut imperium Græciæ sibi usurparent; sed paulò post pœnas dederunt ambitionis.

Anno 3676. Thebanos inter & Lacedæmonios gravissimum bellum Bœotium exarsit, cum Thebani arcem Cadmæam, felici stratagemate usi, recuperâssent.

Do-



Dominabantur Thebis septem prætores militares, quos Polemarchos vocabant, contra quos septem exules de Tyrannide extinguenda conjurant, qui cætera inermes, sicas tantum secum sumunt, Thebanumque agrum nocte ingressi, proximo die latuerunt, vesperi more rusticorum tarde redeuntium in urbem ingrediuntur, & eam noctem, diemque proximum se in ædibus *Charonis* continent: interim *Phillidas* (qui caput erat conjurationis) Polemarchis festum Veneris celebrantibus, jamque cænatæ & vino incalescentibus, promissarum muliercularum loco, conjuratos muliebri habitu introducit, famulis omnibus aliò callidè ablegatis. Cùmque singuli conjurati apud singulos collocati essent, cum primum assidere jussi sunt, quisque suum Polemarchum sicâ confodit, inde carceres adeunt, & specie adducendi rem vinculis constringendum admissi, custodem carceris interficiunt, vinctos solvunt, armis instruunt, eisque se cives, per præconem evocati, & de Tyrannorum cæde admoniti, mox conjungunt, tum reliquos exules & auxilia Atheniensium ad arcem expugnandam evocant, obsident, & deditione factâ recipiunt. Post hæc acerrimis præliis pene attriti conciderunt, aut saltem non procul à casu esse cœperunt.

Anno





Anno m. 3683. ad Leuctra victi sunt Lacedæmonij, quos superba de se ipsis præsumptio in ruinam coniecit. Thebanis enim suam rem sollicitè curantibus Cleonbrotus rex cum Spartanis suis poculabatur, nec de pugna deliberavit, nisi post longiorem potum: unde Thebanis facile erat de temulentis, improvidis & præsumptuosis triumphare, præsertim duce Epaminondâ vigilantissimo & peritissimo.

Nuncius rei tam malè gestæ Lacedæmonios adeo non affixit, ut nequidem ludos interromperent, quos tunc celebrabant, quin potius, qui suos in bello amiserant, nitidi ac læti postridie in publico versabantur, quasi ingenti honore affecti, quòd suos patriæ saluti consecrassent: quorum autem cognati superstites fuisse numerati sunt, illi tristi & lugubri vultu obambulabant, rati eos fugâ aut ignaviâ evasisse.

Eodem anno iterum ad Mantinæam, Thebanos inter & Spartanos pugnatum: ubi Spartani iterum cæsi, sed & Thebani in Epaminonda, stragem



gem magnam perpeffi, quando unum occubuit, qui erat adinftar plurium millium.

EPAMINONDAS enim modestiâ & virtute dux erat nobiliffimus, qui omnes Græcos suffragante Tullio animi dotibus superavit, in fummo imperio cultor paupertatis, & fimul litterarum scientiffimus. De morte ejus perhibent hiftorici præcipui, eum multis jam telis appetitum, lethale vulnus accepiffe, haftiliq; tracto & ferro in corpore relicto, acerbitate vulneris subactum, prolapsum effe, & vivum in castra reportatum; cumq; medici accerfiti affererent, quàm primùm corpore telum extractum effet, mortem certiffimè fecuturam, evocatum ad fe armigerum rogaffe, num clypeus fuus falvus fit, quem cum ille ostenderet, rurfum rogaffe, utri vicerint? cumq; respondiffet, viciffe Thebanos, jam tempus est, inquit, moriendi, statimq; ferrum juffiffe fibi extrahi; & amicis cum lachrymis quærentibus, an liberorum expers libenter mori poffet? filias fe duas, aut relinquere, fcilicet victoriam ad Leuctra, & ad Mantinæam: atque his dictis, haftæ mucrone educto animam efflavit.

Anno m. 3692. ortum suum habuit bellum Megapolitanum, quo pluri-

mæ



in Asia provincie cum Præfectis  
suis adversus Persam defecerunt, &  
nutavit cum Ocho crudeli rege Persi-  
cum imperium, nisi duces, qui defe-  
cerant, variè se prodidissent.

Anno m. 3694. Dionysius dictus  
junior à *Dione* propinquo suo regno  
expellitur: rectius dixeris pulsum à  
propriâ socordiâ & timiditate, quam  
ab hoste: habebat enim regnum mu-  
nitum quingentis navibus & militum  
plùs centum millibus instructum, ni-  
hilominus die tertiâ ab appulsu Dio-  
nis regno exiit, neque *Dio* tamen  
illud diu retinuit: nam plebis levitate  
& *Calippi* amici proditione cæsus est.  
Dionysius autem sceptrum cum pue-  
rili ferula mutavit, Corinthi Ludima-  
gistrum agens.

Expertus hic est exemplo suo, quod pa-  
ter ejus Dionysius Siculus senior docuit as-  
sentatorem *Damoclem*: regibus ac præcipuè  
tyrannis, quos subditorum benevolentia  
non munit, semper formidolosum è filo re-  
mi pendentem vindicem gladium immine-  
re, etiam dum convivantur, & ignaviâ tor-

H pes



persecunt; quanquam ipse senior Dionysius non ferro, sed crapulâ mortuus sit, Exemplum dedit tamen tyrannis semper metuendum esse.

Anno m. 3697. Phocenses *Philo-melo* suatore Delphicum Apollinis fanum diripuerunt, *Agathocle* principatum athenis obtinente. Sacrâ pecuniâ potiti statim totâ Græciâ copias contraxerunt: quos Thebani bello aggressi, decem continuos annos alternante victoriâ divexârunt. *Phlometus* in fuga, cum se ex arduo saxo præcipitem dedisset, exanimatus est; quod supplicij genus jam antè à iudicibus Græciæ in ejus factionem fuerat constitutum. Quibus calamitatibus hoc bello sacro, sic enim appellabant, fuerint provinciæ affectæ, plurimæ solo æquatæ urbes ostenderunt.

Anno m. 3703 *Ochus* in Phœnicem movit, qui pridem defecerant: Sidonem obledit, & à *Mentore* Græcorum duce aliquamdiu fortiter propugnatam, sed demum ab eodem proditam occu-

occe  
lute  
urbo  
ph  
retu  
Che  
nier  
pun  
riun  
est.  
fort  
Mac  
ind  
duc  
cto  
stuc  
fact  
em  
in fi  
lipp  
Ath  
The  
Et  
imp



occupavit, in qua Cives desperatâ salute se cum liberis & uxoribus, incensâ urbe, ad 40. millia flammis absumplerunt; inde tota Phœnicia ab Ocho recuperata est.

Anno m. 3716. pugnatum est ad Cheronæum Bœotix urbem ab Atheniensibus & Thebanis contra Philippum; quâ pugnâ totius Græciæ impetium huic partum, & illis ademptum est. Anceps diu hæsit victoria sub fortissimis utrimque ducibus; hinc Macedones Philippo & Alexandro, inde Athenienses & Thebanos Lyfidâ ducente: diremitt tandem dubiam victoriam Alexander, qui accensus studio patri virtutem suam probandi, facto impetu oppositam Bœotix aciem perripit, & post multam stragem in fugam vertit, nec minus rex ipse Philippus Athenienses è statione depulit, Atheniensibus victis paritû à Philippo Thebani autem sævissimè habiti sunt. Et Philippus posthæc totius Græciæ imperator ad Persicum bellum desti-

H 2 natus



natus est, sed in medio fortunæ cursu  
concidit, nondum anni unius Imperator,  
in nuptijs, quas cum Cleopatra,  
repudiatâ Olympiade Alexandri matre,  
celebravit, ut dictum ætate præcedente.

Mirum ex qua gente & ex quo Principe  
tanta Monarchia, ortum traxit: Macedones  
enim sordida gens & obscura, vix  
nomine nota, inquit Bussieres, Myris &  
barbaris populis serviens. Ipse Philippus  
Eurydice crudelissimâ fœminâ genitus,  
quæ proprios filios Alexandrum & Perdicam  
interfecerat; & Philippus ipse,  
qui fratrum erat natu minimus per triennium  
obses Thebis apud Epaminondam nullo in pretio.  
Sed unde calamitas, inde felicitas; quippe sagacissimus  
juvenis Epaminondæ virtutibus & disciplinâ  
eruditus, in ipsa captivitate Thebis fabricare  
didicit jugum, quo orbem premeret, & per  
parricidia matris Macedoniæ regnum invenit,  
& per regnum totius Græciæ imperium Alexandro suo  
amplissimâ hæreditatem constituit.

*Bella Romanorum celebriora V. mundi ætate.*

**B**ellum Romanorum contra Latinos



nos anno 3559. dictatore Aulo post-  
humo Regillense susceptum. Eduxe-  
runt Latini 40. peditum & equitum  
tria millia: Romani non nisi 24. millia  
in pugnam armârunt; tantâ autem  
clade affecti sunt Latini, ut ex tanto  
numero vix decem millia reciperent,  
plerisque ducibus occisis.

Dicuntur in hoc prælio duo juvenes hu-  
mana specie augustiores pro Romanis visi-  
bilitate pugnâsse, quos ipsi Castorem & Pol-  
lucem fuisse opinati sunt; illudente nimi-  
rum per præstigias dæmone, & sibi regnum  
in gente futura orbis domina præparante:

Bellum Volscorum duce *Marcio*  
*Coriolano* contra Romanos an. m. 3567  
urb. cond. 266. ante Ch 486. Accentor  
hujus belli infensissimi erat Coriola-  
nus, qui à tribunis tyrannidis affecta-  
tæ accusatus, à consule autem *Mi-*  
*nucio* fortiter & eleganter, tametsi  
frustra defensus, à tribubus exilij con-  
demnatus est; itaque Româ expulsus  
est vir optimè de Romanis meritis, qui  
mox dispiciens ulciscendi viam, ope  
Attij Tulli excitavit Volscos ad bel-  
lum,



lum, pollicitus se tantum posthac  
 ni eis allaturum, quantum antea dan  
 ni intulisset, si in amicitiam & societa  
 tem armorum se reciperent. Incepit  
 exinde multa oppida puls Romanis  
 Volscis subijcere, & quaquaversum  
 Romanos infestare.

Quâ necessitate coacti Patres quinq[ue]  
 Coriolano gratissimos viros elegerunt,  
 qui de pace cum illo agerent: quorum sapi  
 entissimam orationem ille mirâ ingenij se  
 licitate refutavit remissisque legatis pro  
 pius urbem cum exercitu accessit, ad quem  
 Senatus alterâ legatione decem præstantis  
 simos viros emittit, qui pacem ea condi  
 tione offerrent, si deductis ex agro Roma  
 no & Latino copiis eam peteret. At Mar  
 cius è vestigio in urbem legatos rejectis  
 minatus, nisi confestim viam relegendam  
 pro exploratoribus habendos esse. Cui  
 autem spei adhuc superesset aliquid flecten  
 di Marcij, missa est tertia legatio sacerdotum,  
 cum religioso vestium apparatu, sed irrita  
 cum Marcius juberet Romanos imperatorem  
 facere, nec aliter ad se reverti. Staterunt  
 denique matronæ nobiles desperatum  
 quin negotium Veturix sorori Publilix  
 & Mar  
 & ma  
 filijs  
 castra  
 orator  
 con  
 ut in  
 nore  
 secut  
 postu  
 Vetur  
 tuam  
 prope  
 dicer  
 even  
 conti  
 nobis  
 vere  
 ipsa  
 me  
 clo  
 nibu  
 tur,  
 ri in  
 gens  
 sci q  
 tate  
 Mar  
 nim  
 plex  
 tibi





& matri Coriolani committere; itaque cum  
 filijs & matronarum comitatu ad hostilia  
 castra profectæ sunt cum Veturia Romanæ  
 oratrices vultu, vestituque lugubri & ad  
 commiserationem composito. Coriolanus  
 ut matrem adesse sensit, magno cum ho-  
 nore ac pietatis sensu eam excepit: tum  
 secuta est multiplex ac vehemens utrinque  
 postulatio, & negatio. Postremò fuit hæc  
 Veturiæ conclusio, *quod si repuleris matrem  
 tuam & inhonoratam dimiseris, quod tibi  
 propterea malum eventurum sit, non possum  
 dicere; auguror tamen cerie nihil prosperè  
 eventurum. & Veturia, si coram tot testibus  
 contumeliosam repulsam patiatur, non susti-  
 nebit vel minimum spatium temporis supervi-  
 vere, sed in conspectu omnium vestrum me  
 ipsam interficiam, divasq; & furias tibi pro  
 me vindices atq; ultrices relinquam.* Hæc  
 elocuta humi se abjecit, & ambabus ma-  
 nibus Marcij pedes amplexa deosculaba-  
 tur, simul vim intolerabilem Marcij pecto-  
 ri inferens: accessit quasi ex composito in-  
 gens & longus matronarum ejulatus: Vol-  
 sci quoque qui affidebant, spectaculi novi-  
 tatem non ferentes, oculos averterunt. Ipse  
 Marcus è sella profiliens correptam semia-  
 nimem matrem elevavit, eamque com-  
 plexus exclamavit: *vicisti mater, quod nec  
 tibi bene vertet, nec mihi; nam patriam qui-*



dem servasti, pius verò & indulgentem si-  
um perdidisti. Nec vanus augur fuit: cum  
enim copias reduxisset, odium Volscorum  
incurrit, à quibus in cōventu publico, præ-  
sertim à factione Attij Tulli lapidibus obru-  
tus est; quanquam imperatorio cultu orna-  
tum honorificè sepeliverint.

Anno m. 3578. ante Chr. 475. com-  
missa est pugna *Fabiorum* cum Etru-  
scis ad Cremeram. Fuit hæc familia  
*Fabiorum* clarissima & potentissima  
inter Romanos: hæc ab Etruscis pro-  
vocata propter castrum Crementis,  
quod *Fabiorum* erat, audacis, quam  
consultiùs propriis sumptibus adver-  
sus Etruscos bellum instruxit, atque  
congressa est, ita ut in uno confictu  
sex supra trecentos ejusdem familie  
milites patricij ordinis fortissimi viri  
interierint; quæ quidem clades, ut Li-  
vius scribit, *Fabiorum* familie quasi  
exitium fuit: nam unus duntaxat ado-  
lescentulus familie superstes relictus  
est, qui postea belli domique repu-  
blicæ maximo fuit adjumento, & in  
hoc genus & nomen *Fabiorum* reho-  
rescere cœpit.



Anno m. 3665. urb. cond. 364. ante Chr. 388. Galli à Romanis irritati cæde, quam *Fabius* eorum duci intulerat contra jus gentium, Romam imparatam expugnant, incendio & cædibus miscentes & vastantes omnia, nullo discrimine senum juvenumque interemptorum: & fuisset penitus mortua Roma, nisi spem servasset in Capitolij arce, quæ Gallorum armis apertis & iteratis insultibus inexpugnabilis perstiterat; occultis autem & nocturnis irruptionibus vix non succubisset, jamque sublustri nocte ad rupem in sublime perrepantes Galli tenebant muros, cum dormientibus custodibus clangor anserum *M. Manlium* excitavit, qui cum suis animosè hostes deturbavit. Sic repressi, & viribus insuper *Camilli*, quas colligerat, magna ex parte iterum attriti Galli, retrocedere vias suas coacti sunt, & Roma suis iterum ex cineribus eruta *Camillum* alterum

H 5 Ro-



Romulum ac servatorem triumpho publico condecoravit.

Arx porro Capitolij servatori suo Manlio paulò post fuit ultima ruina: cum enim populi studio confusus novas res moliri per immodicas largitiones compertus esset, datus est in vincula consulum & dictatorum jussu, à quibus per plebem ereptus, cum seditionem concitaret, captus iterum de saxo Tarpejo dejectus interit.

Anno 3675. contra Prænestinos dictator creatus *Quintus Cincinnatus* victores vicit, & urbes amissas recepit, ipsumque Præneste expugnavit, *Cincinnatus* autem die post vicésimo, quam dictaturam ceperat, deposuit, ad agrum suum reversurus: tantò diutius dignus honore, quo citius renunciavit.

Anno 3603. Romani à C. Pontio Samnite sub jugum missi sunt: sed anno sequenti eluta est ignominia per Papyriū ingenti victoriā quā Samnites iterum oppressere jugumq; exculsere.

*Bellis & bellicis gestis clari*  
*hæc ætate.*

**M**UTIUS CORDUS cognomine  
sca.



SCÆVOLA cum Porſenæ Hetru-  
ſcorum regi morte illatâ ſtatuiffet  
bello finem imponere, in caſtra Etru-  
ſcorum diſſimulanter ingreſſus in  
prætorium ſubiit: vidensq; ibi homi-  
nem corporis proceritate & robore  
inſignem, quem Regem putabat eſſe,  
circumſtante magno armatorum nu-  
mero (erat enim ſcriba regius, qui  
tunc ſtipendia ſolvebat militibus)  
ſtricto ferro interficit; compre-  
henſus & ad regem deductus fa-  
tetur, ſe ejus interficiendi cauſâ veniſ-  
ſe; cumque rex ei ignes minitarerur,  
ut proderet conſcios & conjuratos,  
ille dexteram in foculum, qui ad ſacri-  
ficium accenſus erat, inijcit, & tam-  
diu ardere permittit, donec rex atto-  
nitus rei miraculo, juffit ab igne amo-  
veri Mutium, & in præmium tantæ  
fortitudinis liberum dimiſit.

HORATIUS COCLES ſic dictus,  
quòd in pugna oculum unum amiſiſ-  
ſet, tantæ erat virtutis, ut ante pon-  
tem conſiſtens totum exercitum ſolus  
ſuſti-



sustineret, usque dum pons à tergo  
dejectus transitum hostibus negaret;  
tunc enim ipse in amnem sese, ut erat  
armatus dejecit, & salvis armis ad su-  
os enatavit.

CLÆLIA virgo Romana & aliquot  
virgines regi Porſenæ à Romanis obſi-  
des datæ obtentâ à custodibus licen-  
tiâ, sese lavandi in flumine, generoso  
ausu inter tela ruentia natatu flumen  
superârunt, & ad Romanos incolu-  
mes redierunt; cùm verò id privato  
consilio factum à virginibus esset, &  
fidei datæ repugnare, atque virtuti  
Romanæ gentis maculam inspergere  
visum esset, reductæ sunt in castra  
Etruscorum, à Porſena tamen cum lau-  
dibus & benevolè acceptæ, atque li-  
bertati cum omnibus alijs captivis ob-  
præclarum facinus restitutæ sunt.  
Clælia etiam, quâ suadente facinus  
ausæ sunt, generoso equo bellator  
inſignibus phaleris ornato à Porſena  
donata est.

MIL



MILTIADES DUX Atheniensium victorij clarissimus mortuus est anno 3563. ex vulnere femoris, quod accepit, cum maceriam, quam templum Cereris sepiebatur, horrore præoccupatus transfiliret. Scribunt alii invidiam populi ingrati damnatum, in vinculis obiisse, multam verò 30. talentorum filium ejus *Cimonem* solviffe.

CIMON filius *Miltiadis* à virtute patris haud degener partus, de quo jam supra \*THEMISTOCLES\* ARISTIDES dictus *Themis corporata* Atheniensium \*ARTEMISIA

foemina fortissima, quæ pro Xerxe strenuè militavit, Mausolæi structurâ celebrata \*FABIJ Romani \*PAPYRIUS Romanus \*QUINTUS CINCINNATUS dictus *agricola triumphalis* \*PERICLES Atheniensis \*ALCIBIADES Atheniensis \*NICAS Atheniensis \*DEMOSTHENES Atheniensis \*LYSANDER dux Lacedæmoniorum \*TIMELEON imperator Corinthiorum \*XENOPHON dux Græ.



Græcorum, utramque simul Minervam complexus, apud Atticam fundens mel facundè perorando & aculeum fortiter pugnando. \*

DERCYLLIDAS Spartanus. \*  
 AGESILAUS rex Spartanorum  
 victoriarum semente fecundissimus \*  
 TISSAPHERNES Artaxerxis Mne-  
 monis gener \* FURIUS CAMIL-  
 LUS Romanus Vejorum expugnator  
 \* CONON Atheniensis \* Chabrias \*  
 ATTALCIDES Spartanus \* MAN-  
 LIUS *Capitolinus* Romanus \* TIMO-  
 THEUS Atheniensis Chyronides  
 Gelon siculus Diomedis filius \* Dux,  
 cujus in dormientis suam fortuna  
 urbes congerere dicta est \* IPHI-  
 CRATES Atheniensis arte & peritiâ  
 militari inclytus \* MANLIUS, qui  
 Gallum provocantem duello vicit, &  
 à raptō torque aureo *Torquati* nomen  
 sibi & omnibus ex familia peperit \*  
 VALERIUS CORVINUS nomen  
 adeptus, quòd Gallum provocantem  
 ad duellum, spectante gemino exer-  
 cita



